

## Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

**I**te quinta decima mensis Junij que erat Viti et modesti exentes Corfinia venimus prospere satis vento ad ciuitatem **M**odonam bidui spacio. ubi postquam appliciumus supuenerunt peregrini cofratres nostri in alia galea vecti que erat Petri landave quam una die puerimus venecijs mare ingrediendo. Itaque conuenientes in unum nos omnes ex utraque galea peregrini in **M**odona mansimus per diem nos mutuo aspectu et colloquio resouentes atque potu. Nam ibidem aliud non habetur unum nisi malmasetum. Sic quoque plurima ante ipsum ciuitatem tuguria numero quasi trecenta in quibus pauperes quida instar ethiopum nigri et disformes habitant quos nos dum nostras veniunt in terras vulgato vocabulo sarracenos appellamus qui se falso asserunt ex egypto esse que tamen per longissimos ab loco illo distat tractus sed reuera sunt de gippe terra quadam illi loco vicina. traditores ut communiter et proditores xpianorum.

**M**odona ciuitas est satis firma et munita sita in **M**orea sub potentatu venetorum trecentis a Corfina miliaribus distans. Itaque ibi greca lingua visitata et homines magna pro parte de cinctura id est de fide sancti Pauli. Verum est etiam ibi archiepiscopatus et clerus venerabilis de nostra fide scilicet romane ecclesie totumque officium diuinum secundum ordinacionem nostre fidei et romane ecclesie agitur in ecclesia maiori. Est etiam ibi in ecclesia porrochiali que ad sanctum Iohannem dicitur corpus sancti Leonis et caput sancti Anastasi episcoporum.

**I**tem **M**orea quondam terra bona et fertilis fuit mari undique cincta. uno ductayat transitu versus **T**urkiam excepto. unde et **T**urcus patriam illam sepe ingressis pene solotenus vastauit sibiisque subegit. exceptis sola ciuitate **M**odona et paucis quibusdam castris que adhuc sunt venetorum sub dictione. In **M**orea ad sinistram inter **M**odonam et Corfiniam ciuitas est quedam fortis et bene mirata **T**urco subiecta que **A**rchadia nuncupatur. insigne quoddam habens castrum in medio sui. et distat a **M**odona per miliaria quinquaginta. Inde non longe est alia quedam ciuitas que **C**oroyna dicitur distans a modona. viii miliaribus etiam **T**urcorum sub manu et potestate.

**I**tem alia quedam ciuitas dicta **N**eapolis de romania ducentis distans miliaribus a modona et centum a **C**ameleone.

**I**tem malmasia ciuitas. xxv. distans miliaribus a **C**ameleone una cum castro sub venetorum existens dominata.

**I**tem alia quedam ciuitas sayemilo cognominata. centum et quinqua- ta a modona miliaribus distans. Nec alia aliqua est ciuitas in morea.